

olitas a teipso et hēc p̄incipalius ordi
nari potest contra primū descensum e
**De prima ascensione contra pecca
tum mortale. et de tribus gradibus
huius ascensionis. et de contricōne.**

"Capl. xii.

Nunc igitur surge et sursum ascē
de. incipe ad cor tuum p̄gere.
Sicut autē peccatum mortale triplici
descensu cōpleuisti. Nam auersus es
a creatore tuo p̄ supbiam in qua est
formalis ratiō peccati. cōuersus es ad
creatūrā p̄ delectacionem. ac deinde
per opacōnes contra legem diuinaz
dei tui transgressus es preceptū. ita
tribus gradibus oportet te cōtrario
ascendere. Primo ut auertas cor tuū
a creaturis et a peccatis. et habeas
quādam cordis firmā auersionem et
firmū quoddaz p̄positum deo tuo ser
uendi et nunq̄ te creaturis p̄ illicitā

delectacionem subiacendi. etia; si mille
mortibus mori te oporteret. **H**oc autem
in genere debes pponere. non autem
super hoc in singulari te examinare.
dolebis quod multum quod tantum a deo tuo
recessisti. quod tantum eum offendisti et
quodammodo iterum crucifixisti. **E**cce
talis auersio ipsa est una ascensio cuius
nomen est contrito qua cor tuum quo
dammodo a sua duricia frangitur.
Sicut enim in naturalibus res dure di-
cuntur conteri. cum in ipsis minutis
franguntur vel minuuntur. ita metha-
phorice cor dicte conteri. quando ipsum
a sua duricia emollitur quod prius auer-
sum a deo durum et obstinatum fuit
in peccatis. non cedens diuine mocioni
non admittens instinctum spiritussan-
cti. sed obturans aurem ne auditet.
Vel cor durum secundum Bernardum
primo de consideracione dicitur. quod

Nec cōpunctione scinditur nec pietate
te molitur nec mouetur precebus tē
Conteritur autē quando iam liquefit
cōpunctione emollitur pietate.

De confessione q̄ est secundus gra-
dus huius ascensionis. **Ca. xij.**

Quiavero in peccatis tuis deū per
superbiam contempsisti. ideo ne-
cessa est ut te hōmī dei vicario claves
habēti humiliter subdas vice dei et ei
tamq̄ christo domino iudici tuo assis-
tens humiliter et cōtrite et dolorose
peccata tua confitearis. **H**umiliter
videlicet te in omnibus accusans et p̄
pria peccata agnoscēs. in moribus in-
gestibus in prolatione verborū in res-
ponsiōibus singulis q̄ alijs tanquam
iudici tuo assistens te habeas. **C**aue
ne ut quidā magna crimina cōfiteis-
tēde queras laudari vnde a deo me-
teris reprobari. **S**icut non nulli q̄